



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Quartae Calvniae Svmma

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

Quod si huc trahatur viginti quinque anni, quibus Roma-
 na moderatus est ecclesia, interim Vespasiani temporis ei-
 mors irrogaretur. Quod omnes omnium historicorum libri ut
 falsissimum auersantur. Producamus huc Romanorum im-
 peratorum tempora, quo res fiat euidentior. Lucas euange-
 lij sui cap. tertio, anno imperij Caesaris Tiberij quindecimo
 Christum dedit verbum dei predicare incepisse, qui tandem
 post tres annos, & aliquot menses predicationis suae mor-
 tem sustulit, anno eiusdem imperij decimo octauo vel ultra,
 Tiberio post passionem ipsius annis tribus imperante, post
 hunc Caius Galligula annis tribus, mensibus decem, & octo
 diebus imperans vita functus est. Claudius anno quatuor
 decimo imperij moritur. Nero totidem annos in imperio ex-
 plesse dicitur. Otho Syluius infra nonaginta quinque dies
 imperium alteri cessit. Aulus Vetellius octo mensibus im-
 perauit, post hunc Vespasianus decennio Romanis sese im-
 peratorem praestitit, sub quo Christiani pacifice Romae dege-
 rant, nullis ab eo vexati persecutionibus. Quae igitur ini-
 quitas in tam benignissimum principem hanc reijcere iniuriam, tamquam
 ille Petri interfecto aliquando fuerit.

Q V A R T A E C A L V M N I A E S V M M A

Actuum, vij.

Supputat aduersarius annos viginti, priusquam Petrus post
 Christi ascensionem Romam accedere potuit. Nam ut ait,
 aliquantum temporis intercessit ab ascensione christi, pri-
 usquam Paulus conuersus esset ad fidem, quem legitur ipse vel adu-
 lescentibus illorum seruasse vestimenta, qui Stephanum lapidabat.
 A conuersione vero mox concessit Arabiam, ubi non nihil
 moratus, damascum repetijt. Inde post annos tres accessit hiero-
 solymam, Petri videndi gratia, apud quem & mansit dies
 quindecim. Rursum ex hierosolyma reuersus, & per agratis
 regionibus Syriae, Cyliciaeque, post annos quatuordecim redijt
 hierosolymam, ubi negocium de legalibus praesente Petro
 tractabatur. Post haec, & non nihil temporis interuenit, an-
 teaquam Paulus Antiochia Petro in faciem restitit. Haec omnia tem-
 pora, si quis in vna summam colligat, conficietur annorum numerus.

circiter viginti. Quamobrem consequitur, vt ante vigeli-
mum annum Romam accedere non potuit.

RESPONSIO.

Respondemus primū, q̄ inter Pauli conuersionē, & tē-
pus illud, quo Paulus denuo Hierosolymā ascenderat,
quod nimirū erat quum super legaliū obseruatione cō-
ciliū agebatur, nō potuerūt anni plures, q̄ quatuordecim in-
teruenire. Quod nec Hieronim⁹ ipse negabit, mō cæteris Hieronymus 1
(quę ab eo nec semel asserta sunt) stare voluerit. Nā ipse Hie-
ronimus hæc tria fatef. Primū, q̄ vltimo Neronis anno Pe-
trus & Paulus Romæ necati sunt. Alterū. q̄ Petrus, prius q̄
ita pateref, annis viginti quinq; Romæ sedit. Tertiū, q̄ inter
ascensionē Christi & postremū Neronis, nō plures anni flu-
xerint q̄ xxxvij. Qui fiet igitur, vt vltra quatuordecim an-
nos a Pauli cōuersione conciliū ipsum destiterit, quum anni
xxv. quatuordecim adiuncti, plures annos conficiant quam
xxxvij. Quāobrem & posteriores illos quatuordecim annos,
quorū ad Galatas meminit Paulus, nemo velut a prioribus Galatas, ij,
omnino diuersos, supputare debet. Nō recte igitur anni illi
quatuordecim, quasi prorsus a tribus illis priorib⁹ diuersi nu-
merantur, sed illoꝝ supputatio mox a conuersione Pauli su-
mit exordiū. Nā inter Pauli cōuersionē, & conciliū illud ha-
bitū super legaliū obseruationē, quatuordecim anni dūtaxat
interuenerunt, vt mox palam ostensuri sumus. Neq; obstāt
nobis v̄ba Pauli ad Galatas, quum illic nō id agit Paulus, vt
annos vitæ supputet, sed vt ostendat se nihil ab hoibus didi-
cisse, qđ de Christo doceret cæteros, nec sibi vllam cū Apo-
stolis tantilli t̄pis fuisse cōsuetudinē, vt ab eis in euāgelio po-
tuisset erudiri. Confitef igit̄ ingenue Paulus, se bis conueni Paulum bis Pe-
trū conuenisse,
sse Petrum, semel, qñ non vltra quindecim dies apud eū mā-
sit, intra quod t̄pis spaciū, cōsummatam aliquā eruditionem
nequiuit assequi. Atq; iterum, qñ cū ipso cōtulit euāgelīū,
qđ inter gentes quatuordecim annos ante prædicabat Qđ
& ideo fecit, vt Galatæ certū haberent, se non ab Apostolis
euāgelīū Christi didicisse, quū tot annos ipsum antea pub-